





210(53)

27 - 56

Sacrum Nuptiale

49.

CHRISTOPHORI  
STUBNERI,  
secundùm Sponsi;

&

*Lectissimæ, pudicissimæq; Virginis*

MARTHÆ TUNCKELIÆ,  
*Viri præstantissimi*

Dn. JOACHIMI TUNCKELII (p. m.)  
civis in Republ. GorL. primarii, relicta  
filiæ, Sponsæ,

*GORLICII*

a. d. 22. Novemb. Anno 1621.

amicorum & fautorum votivis  
acclimationibus honoratum.



Johannes Rhamba ibidem  
excudebat.

IDN 9046049

**M**arthula, quam sibi Christophorus jugat omi-  
(ne dextro,

Participem curæ, participemq; laris,  
Luce simul sat agat curæ & caligine in ipsâ,  
Collapsæ & veniat fida columna domûs.

M. E. C. R.

Dn. CHRISTOPHORO STÜBNERO,  
secundum Sponso, S.

**E**xpertus magno, STÜBNERE, dolore fuisti,  
In viduo quid sit delituisse toro.

Est miserum, vita sine compare ducere vitam,  
Auxiliisq; inopem, consiliisq; simul.

Dimidium vidua est hominis, viduusq; viciſſim:  
Si cadit alter ab his, ſpesq; ſalusq; cadit.

Nam vidui aut viduæ vita eſt hoc: quod ſolet eſſe,  
Avulſa à membris dextra, humerisq; caput.

Stat, STÜBNERE, tua melior ſententia menti:  
Namq; malo huic medicas viſ adhibere manus.

Eligis ergo tibi præſanti corpore Nympham,  
Inſignem formâ, moribus atq; fide.

Jamq; querelarum ſtatuetur meta tuarum,  
Dum petit amplexus pulchra Puella tuos.

Sareiet illatori, quam paſſus es antè, ruinam:  
Auxilioq; aderit, confilioq; tibi.

Vivite, uterq;, diu, vel ſeros Nestoris annis:  
Regnet ἐρωτθalamo: ſed procul abſit ἐρις.

Eadem Germanicè pro ſexu  
fœmineo.

WidwenStand wie mūhsam e: ſey /  
Ihr/ Stübner/ habt erfahren frey.  
Elen̄d iſts Leben ohne Weib /  
Ohn R̄hat vnd hūlſſ ſein ſolche Zeit.

Ein halber Mensch ein Widwer ist/  
All Trew ist weg zur selben frist.  
Ist ihm gleich abgehawn sein hand/  
Oders haupt so er ist ohn Ehlich Band.  
Herr Stübner/ ihr abr macht es gut/  
pflegt Rath/wolt sehen/wie man ihm thut.  
Ihr euch aufleßt ein Jungfraw schon/  
An Form/Sitten/Grönkeit ein Kron.  
Alls Trawren nimpt mit Euch ein End/  
Ein schön Jungfraw in Arm ihr nembt/  
Die wird den Schaden ersetzen gar/  
Mit hülff Euch bestehn gar viel Jahr.  
Lebt glücklich / lebet lange Zeit/  
Die Lieb regier/weich Zancf vnd Streit.

Optima quæq; apprecatus faciebat

Gregorius Richterus Gorlicius Senior,  
Minister Ecclesiæ patriæ primarius.

---

### Ad Dn. Sponsum.

T' Unckeliam Stübnerus amat: Venus ipsa latebras  
Quærit, & obscurâ ludere nocte solet.  
Quæ tacite in tenebris patras, Stübnera, videnda  
Luce palam decimo pufio mense dabit.

Gregorius Schönius D.

---

### Ad Dn. Christophorum Stübnerum; iterum Sponsum.

S EU longum gemmata decemplicis orbita cœli  
Circum axem rapitur, motibus acta suis:

Et

*Et terra, in mediâ rerum regione locata,*

*Stat, motus exsors, undique cincta mari:*

*Seu rotavasta poli, nullo tibicine fulti,*

*Dæmone stat cessans non agitante suo:*

*Et terræ moles onerosa rotatur in orbem:*

*Nil stabile in mundo perpetuumquè vides.*

*Rectè ergò, Stübnere, facis, quòd, conjugefunctā,*

*Uda haud perpetuis lumen das lacrimis.*

*Ne quidquam defles vitali lumine cassam:*

*Quod mutare ne quis fortiter ipse feras.*

*Rectè etiam, Stübnere, facis, quòd, conjugraptā,*

*Collapsas sat agis rursùm animare faces.*

*Sic rerum series mundique renascitur atas,*

*Sic redeunt iterum, quæ cecidere prius.*

*Orta cadunt, humana ruunt: si fortè perennat*

*Quidquam, solus amor conjugus esse potest.*

*Hunc, precor, hunc, Deus, hunc transfunde in pectora*

*Hic fac in utravis sorte perennet amor. (Sponsū;*

*M. Elias Theodorus.*

---

**H**ac luxisse tenus fata immatura prioris

*Conjugis, & viduæ tædia longa domus,*

*Sit Stübnere satis. Jam fas nova nectere vinclæ:*

*Et versare novas per nova festa faces:*

*Fas viduum mutare torum; duætāq; novellā*

*Conjuge desertam fas reparare domum.*

*Fata secunda precor; magis & diurna: secundus*

*Duret ut hic pariter nomine reg' torus.*

*M. Johannes Ludovicus.*

**V**Ix quis homo vivet, cui vis abscondita amoris:  
Sitamen est, satis hunc fabula sola docet.

Optio cum Paridi inter numina terna Dearum  
Effet, quæ formâ vinceret una duas:

Pomum quæq; volens, & formosissima haberi,  
Judicium Paridis munere quæq; petit.

**JUNO** spondet opes: Pallas Sapientiam & artes:  
Fæmella pulchram spondet amica Venus.

Sed nec regna movent, nec doctæ gloria mentis:  
Præreliquis Paridem pulchra puella movet.

Proclamat: Venus est pulcherrima sola Dearum:  
Pomum sit Veneri, pulchra puella mibi.

Tam valet unus amor doctrinam vincere opesq;:  
Quem non vincat amor, vivat an ullus homo?

Sic neg; tu Cypridos potuisti avertere tela;  
Usq; adeò fortis Diva, puerq; Dea.

Netamen hic pudeat Te non vicisse; pericla.  
Cuncta alia est laudi vincere posse virum.

Hic laudi est vinci: Veneris victoria cælum  
Auget: & hic vinci vincere credit homo.

Vicerit ergo Venus; quam Tu tamen usq; volebas,  
Vicisti Sponsam: parta trophyæ cape.

Quodq; tuo thalamo potui, placet addere votum:  
Sponsâcum victâ vive valeq; diu.

Amore jussus gnesio Tibi mi Stübner,  
scribb. Lips. L. meritoq;

M. Johann Hartranft Collegii  
Mariani Collegiatus.

**F**elix illa domus, siboles pia nascitur in quâ,  
Felix, quæ talem, Mater & ipsa, parit.  
Sed geminam partu quæ prolem gignit in uno,  
Anne magis felix illa vocanda venit?  
Hac quod JOVA velit te prosperitate fruisci,  
Inversum Sponsæ nomen, id omen habet.  
Martha tibi primùm, Sponso, dūm Martha secundūm  
Nomine MARTHA tibi reg̃ secunda datur.  
Hinc tædis precor ergò tuis, tua fiat ut olim  
Sponsæ domus RAMATH, MARTHA marita THAMAR.  
benè precat, facieb.

Petrus Scorler Gorlic.

---

### Jocus Nuptialis.

**D**Eliras Brumæ quod tempore, veris amæni  
Spreto, connubii vincula sancta petis.  
Nonne esset satius Veri postponere Brumam,  
Sponsus ubi Sponsæ basia mille dares?  
Floribus amissis lugent sua rura puellæ,  
Dum cœlum Boreæ spirat ab axe nives.  
Sed præstat Brumæ vernos postponere flores,  
Temperiemq; auræ conciliare toro.  
Ignibus ignem addit, calidosq; calore calores,  
Æstatis cumulat noxius ille calor.  
Hybernas sed Sponsa scit abbreviare tenebras,  
Triste fugare gelu, membra calore fovens.  
Dum Sponsi tepidis arctè defixa lacertis,  
Basia mille rapit, basia millerefert.

Ergò

Ergo sapis, Brumæ quod frigore, Veris amanî  
Spreto, connubii vincula sancta petis.

Euryalo suo misit Lipsiâ

M. Petrus Wirth.

---

Ad Lectum Conjugalem.

**E**Brie deliciis STÜBNERI Lectule, nomen.  
Militiae Veneris cùm daret ille suum:  
Hac deserta tenus viduæ vadimonia noctis,  
Vinclaq; textoris passus araneoli;  
Nunc iterum amplexu fatus felice calebis,  
Et fœdi perdes textile vermis opus,  
Nunc, dum pugnaces hyemi præludere venti,  
Et terræ certant fingere caniciem.

Omnia dum Boreæ metuunt inamabile frigus:

Tu foculus speras ignibus esse novis.  
Haud temerè est. imò planum est. mirabimur, ulli  
Si plus autumnus vere placere potest?

Autumnus potior veris genialibus auris,

Cuncta velut primis integra principiis.

Ver pingit gemmas, autumnus ditior uvas:

Res hīc, spes illic: hæc habet, illa putat.

Ver Sponsi Sponsa est: post Idus fortè novenas

Aptius autumni fertile nomen erit.

Gregorius Richterus Jun.

---

**A**Tenebris quod forte, vel à caligine Sponsa  
Cognomen dicit, Sponse perite, suum.

Non

Non obscura rei, certum est, documenta figurat;  
Viribus ingenii pendere ut ipse potes.  
Nam cupid in tenebris, cupid in caligine Sponsa,  
Ut Sponsus, quod amet, querat & arripiat.  
Christophore ergo tuam ferventi quære calore  
Martham: Sic tenebrae præmia dignaferent.

Abraham Nicius.

---

**S**TUBNERO nubit Tuncelia: currite versus,  
Et nova conjugibus carmina ferte novis:  
Quæ votum teneant in se: quæ fausta precentur;  
Ad limen ducant & bona cuncta domus.  
Alme Deus, casti qui Fundus & Autor amoris,  
Da, rogo Te, nuptis prospera quæq; novis.  
Nil intercedat, quod amorem vertere possit:  
Illum sed veniat quod stabilire queat.  
Hoc est, ut brevibus dicam, Concordia regnet.  
Hæc ubi Diva habitat, cuncta ibi dona habitant.  
Johannes Major Scholæ GorL.  
Collega.

---

**M**ulnus Apis, Turtur, Amaranthi flosq; novellis  
Sit Sponsus. Etenim munera ferre decet.  
Sicut Apis nullo vexata libidinis æstu  
Fungitur officio gnavitèr usq; suo.  
Non sècus incumbat semper mens casta labori  
Legitimi servans jura sacratatori.

B

Et

Et veluti Turtur concors cūm compare vivit,  
Haud Venerem renovans orbus amore semel.  
Sic quoq; concordes thalamo vivetis eodem;  
Una salus vobis, mens sit & unus Amor.  
Ultq; virescentes flores Amaranthus in agris,  
Semper habet nunquā languida membra trabens:  
Sic decus eximium veræ pietatis amore,  
Flagrantum floret perpetuoq; viget.  
Hæc cape: quæ veniunt tibi, dilectissime Sponsæ,  
Pectore de puro, hæc munera, Sponsa, cape.  
Sic vos æternum Numen, vestrasq; beabit  
Tædas, & tandem cœlica regna dabit.

Paulus Gebhard Scholæ Collega.

**I**Mbrifer & tandem lacrymarum cedite nubes:  
Læticia dare vela juvat, dare jubila, plausus:  
Memnonis amplexu Stubnero clarior exit  
Mundi oculus, totam collustrans lampade terram,  
Ferte maritales, mox ferte, incendite tædas.  
Nam Neonymphus Acidaliis fert tempora rursum  
Cinctarofis, properatq; faces iterare jugales.  
O bene! Cyprigena hos Stubnero suggest ignes,  
Ex uno geminos statuens celebrare triumphos.  
Junxit ei Martham vis Cypria, ademit eandem.  
Vis fati, sed nunc viduati damna cubilis  
Ulta, aliam lecti socialis in aurea jungit  
Fædera, quo tristes expellat pectore curas.  
Nescia quid fausti nomen designet, adempta est

Martha

*Martha tibi, Martha reperis in fæderaco siam.  
Illi buic par pietas, par dexteritasq; fidesq;  
Par virtus, moresq; pares, paria omnia mentis.  
O damnum benè sarcitum, ô quoq; tristia cuncta.  
Versa benè, qj vices placidâ tibi mente ferendas.*

*Ergò Jovæ gratus, missum hoc cape munus Olym-  
Utere sorte tuâ felix in Virgine Sponse,, (po:  
Utere quando libet, Pelago seu tingat Ibero,  
Seu fuscis iterum nitidos extollat ab Indis,  
Sol Phaethontis equos: prodest Venus utraq; Sponsis  
Sera voluptati, sed matutina saluti est.  
Quando cunq; libet, Veneri consuesce, sed audi,  
Quæ præcepta notes: Sponsæ sua solvere promptus,  
Sume, Cydon Cretæ quod nobis mittit ab oris,  
(Non mea prudentis sunt aurea jussa Solonis)  
Mali dimidium, sed mandat cætera Sponsa.  
Sic vos perpes amor junget, sic gratia constans.  
Quem jocus incepit, quam blandimenta favorem.  
Conciliant thalamo, quo vis est firmior ære.*

## A L I U D.

### Lux in tenebris.

*N*Octe sub amplexus Sponso ruitura virago,  
Fulgeat in tenebris lucis ad instar, ajunt.  
Tunckeliana ferat mediâ ne luce tenebras,  
Ne sit nocte magis lux tibi densa, cave.  
Non erit atra tibi lux fulgentissima quævis,  
Si lucem Cyprius subdere cesset amor,

*Lux erit alma tibi nox vel densissima quævis,  
Blandus ubi flamas subdere perget amor.  
Pergat amor seu nox, seu lux, amplectere Sponsam,  
Nil oberit cæptis omen inane tuis.  
Fulgida lampas erit totâ tibi luce dierum,  
Nocte tuoradians Tunckeliana toro.*

Johannes Hoffman S. C.

*Cuncta queunt vinci, cunctis inventa medela  
Morbis: sed Veneris qui spicula vincere posset,  
Nullus erit. Tanta est vis & violentia amoris.  
Adversus tantis stimulantia semina morbi,  
Ipse Sator rerum omnipotens insevit amoris  
Semina pectoribus. Sed cur intensior usq;  
Alterius sexus amore est? quia Jovis volebat,  
Humanam augeri ventura in secula prolem.  
Diversi sexus per corpora bina. Puellæ  
Fortior hinc amor est, ita amoris vincitur ardor.  
Quid mirum est igitur duri Te spicula amoris  
Exuperasse? Tu & quoniam est ea gratia Sponsa:  
Ut si posset amor vitari, forsitan illa  
Cogeret haud ut ames: vis insita suadet amorem.  
Sed victum esse juvat: victus quia vincit amorem  
Vincentis: faustum quod creditur esse duellum.  
Victus es & tua Sponsa: igitur confidite victi:  
Concordesq; animis ad secula vivite multa.  
Gaudia nil turbet, nil gaudia vestra moretur,  
Fœcundum cingat thalamum numerosa propago.*

Mauritius Möller Francus

**S**Alvete amoris germina mutui,  
In conjugali vivite vinculo  
    Sedfaustiter, feliciori  
        Fædere perpetuo ligati.  
**P**roferte amoris germina mutui,  
Et annuatim pignora gignite  
    Solo, poloꝝ profutura  
        Atqꝝ Deo, atqꝝ homini probata.  
**N**ec lis, nec ulla vis thalumum fecet,  
Nec algor impectoris enecet:  
    Nec dissipet fidem jugalem,  
        Aut noceat mala lingua tædis.  
**S**ic dulcitate vos animabis,  
Sic lætiori mente videbitis  
    Ovantium pacem penatum,  
        Continuam seriem nepotum.

Gratulab. amico animo

Joannes Cruger March.

**N**Avita, ventorum qui carbasa fluxa procellis  
Credit, ceu varios suevit perferre labores,  
Donec in optatam tandem ducatur arenam:  
**C**HRISTOPHORE haud aliter multos, STÜBNERE, do-  
Hactenus es animo moderato ferre coactus: (lores  
Plurima dum vidui es perpessus tædia lecti.  
**P**ræ reliquis igitur tibi MARTHA SECUNDA puellis  
Jure placet; casto socialis fædere lecti  
Hanc tibi conjungis: quia virgopia atqꝝ pudica est.

B 3

Hæc

Hæc sit præteriti præsens medicina doloris:  
Hac tandem fruere: hæc turbat æ gaudia menti  
Delicias q̄ thori mirâ dulcedine reddat.

Ergò cum reliquis addo mea vota, profecta  
Imis visceribus: sit tēda secunda secunda:  
Sit novus iste thorū fælix, sit dulcis & idem.  
Faxit Celsipotens casti unicus auctor amoris,  
Longævo ut Sponsus cum Sponsâ tempore vivat.  
Vivite concordes. Deus Unus & Unicus unum.  
Efficiat vestrum sit pectus, & una voluntas.

Ita sperat, ita optat

Franciscus Schepsius.

**B**err Stübner nimpt ein Tunckelin.  
Was muß ihm kommen sein in Sinn/  
Daz Er was Tunckel lieben thut/  
Vnd sich nicht besser helt in Hut/  
Weiß Er nicht/ daz in Tunckeler Zeit/  
Man offt des Weges fehle weit/  
Als mir geschach vor manchem Jahr/  
In frembder Stell/ sag ich fürwahr:  
Vnd auch newlich im Böhmerlandt/  
Des Nachts Ich wandern thet zuhandt/  
Kam vnd auff ein Gebierge hoch/  
Darob ich mich entseze noch/  
Lieff auff demselbn zwey ganzer Stund/  
Erst zubedencken Ich anfang/  
Wie schwer zu wandern im Tunckeln sey/  
Macht mich derhalben also frey/  
Wiedrumb in nechsten March hinein/  
Da wartet ich des Tages Schein/

Vnd

Vnd als dann gantz schleunig mein Sach'  
Außrichten thet ohn Vngemach:  
Solches Herr Stübner gar nicht acht/  
Denn Er nach Tuncklin hat getracht/  
Aus rechter Lieb/vnd weiß gewiß/  
Es wird ihm bringen kein Verdries/  
Weil kein Namen nicht schaden kan/  
Wie leicht versteht ein Weyser Mann/

*Quod nominum efficacia*

*Sit nulla, et potentia.*

Mancher heist Reich/ist aber Arm/  
Vnd ghabt sich wol/das Gott erbarm/  
Mancher frölich / welcher viel mehr  
Möcht Trawrig heißen / vnd Lichts mehr/  
Mancher Weiß/der doch wol ist  
Im herzen Schwartz/vnd falscher List.

Also heist manche Tunckelin/  
Welche doch hat ein liechten Sinn:  
Züchtig/from vnd Gottsfürchtig ist/  
Ohn alln Beträg/vnd falsche List.

Ein solche nun Herr Stübner hat  
Ihm außerkohren: helffe Gott /  
Dass er mit seiner Tuncklin fein/  
Mög eriegen zarte zweygelein /  
Welchs Ich dem Herrn Breutgam jetzunde  
Thu wünschen aus meins herzen grund/  
Vnd seiner vielgeliebten Braut/  
Die Ihm in Ehren ist vertrawt.

Philibertus Castrucius.

autumne. Octobr. 17



Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3